

13. *Markgraf Dietrich von Landsberg nimmt das Nonnenkloster Eisenberg in seinen Schutz, bestätigt ihm alle von seinem Vater, Markgraf Heinrich von Meißen, gewährten Freiheiten und untersagt den Zwickauer Bürgern, das in der Zwickauer Pfarrei errichtete Hospital gegen den Willen der Nonnen der Pfarrei zu entziehen.*

1266 Februar 12, Groitzsch

Original: zwei Ausfertigungen (1) ThStA Altenburg, Urkunden 1266 Februar 12/2 (A₁); Pergament: 23,5 cm hoch, 32 cm breit, Plica: 5 cm; Besieglung: Das Siegel des Markgrafen (Posse, SW I, Taf. 5, Nr. 6) an roten Seidenfäden; Rückvermerk (15. Jh.): super hospitale in Czwickaw, quod a parrochia alienare non debent; (2) Stadtarchiv Altenburg, Urkunden Nr. 3 (A₂) (von anderer Hand, gekürzt); Pergament: 25 cm breit, 15 cm hoch, Plica: 2 cm. Besieglung: Das Siegel des Markgrafen an roten Seidenfäden; Rückvermerk (14. Jh.): littera defensionis hospitale in Zwicovia. Der Druck folgt (A₁). — Edition: Herzog, Chronik II, S. 870, Nr. 1. — Regest: Regesten Eisenberg, S. 334, Nr. 20; Dobenecker III, S. 534, Nr. 3407.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Nos Theodericus dei gratia marchio de Landesberc omnibus Christi fidelibus tam ^(a)presentibus quam futuris^(a) ^(b)presens scriptum inspecturis^(b) salutem in domino. Quoniam fallax est, ^(a)sicut plurimum considerari potest, fortitudo^(a) humana et vana huius seculi pulchritudo^(c), preteriens velud umbra et sicut ros^(d) mane pertransiens, felices qui memorantes novissima sua, operibus misericordie ^(a)debent tam feliciter^(a) inservire^(e), ut in hac vita concessa sibi divinitus bona temporalia taliter dispensent^(f), ut pro terrenis celestia, pro transitoriis eterna felici commercio recipere mereantur. Cuius rei consideratione permoti omnium deo servientium volumus^(g) esse defensores, specialiter tamen et precipue conventum sanctimonialium^(h) in Isenberch⁽ⁱ⁾ una cum omnibus suis in nostram recepimus protectionem pariter^(k) et tutelam. Nolentes ut quisquam hominum nostrorum ipsas in suis bonis audeat perturbare. Nos enim ipsas omni iure uti volumus et libertate, sicut a dilecti patris nostri domini Heinrici marchionis Misnensis ^(a)collacione et gratia libertatis tranquillitatem libere et quietissime^(a) tenuerunt^(l). Quod autem burgenses nostri de Zvikowe^(m) hospitale ibidem constructum in preiudicium supradictarum⁽ⁿ⁾ sanctimonialium^(o) a parrochia, in qua primum fuit instauratum, alienare nitantur, penitus fieri nolumus, nisi de ipsarum dominarum^(k) fuerit voluntate. ^(p)Praeterea ad hoc cavendum^(p), ne gravamen ^(a)ipsis iam sepe dictis dominabus a^(a) quoquam^(q) possit ^(a)deinceps in hoc^(a) exoriri^(r), presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Testes autem^(k) huius rei sunt dominus Meinherus prothonotarius nostre^(s) curie^(k) et Theodericus scriptor noster dictus de Nebere et nobilis noster^(l) Baro^(u) dictus de Vizenburg^(v) et Bertherus^(w) ^(x)noster marschalcus^(x) et alii quamplures fide digni. Datum in Groisch^(y) anno domini M^oCC^oLXVI^o, II^o ydus februarii, indictione IX^a.

(a–a) fehlt (A₂) (b–b) omnibus presentem litteram visuris (A₂) c) pulchritudo (A₂) d) nos Herzog e) inserviunt (A₂) f) dispensantes (A₂) g) semper volumus (A₂) h) sancti monialium (A₂) i) Ysinberc (A₂) k) fehlt (A₂) l) habuerunt (A₂) m) Zwicowia (A₂) n) supra dictarum (A₂) o) monialium (A₂) (p–p) cavere (A₂) q) fehlt (A₂); quocunque Herzog r) folgt in (A₂) in cuius rei testimonium s) noster et canonicus Merseburgensis (A₂) t) vir Herzog u) miles (A₂) v) Vicenburc (A₂) w) Vertherus Herzog (x–x) marschalcus noster (A₂) y) Groics (A₂); Groitzsch Herzog